

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,  
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

63. In festo Natiu. Christi. Luc. 21.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

S IN

DOMIN. TOTIVS ANNI. 133

quo locu  
lle? Vox,  
a humilit  
s voce, q  
o prolat,  
x, quia to  
onuersati  
t, & inui  
& dirige  
nus non  
o etiam p  
illi, si no  
t. Ego bap  
strum sru  
z sum dign  
re. Confid  
litate, sed  
agnus et, h  
inuenies q  
ubi Augu  
am, & v  
dam. 2. co  
esponsion  
asit, & C  
militate.  
Se euader  
si non cog  
tem

IN FESTO NATIVITATIS.

CHRISTI:

De Christi Nativitate. *Luc. 2.*

B M A R I A cum Ioseph sposo suo è Nazareth proficiscitur Bethlehem. (descendit autem & Ioseph à Galilæa in Bethlehem, ut profiteretur cum Maria despensata sibi uxore prægnante.) Considera virtusque obedientiam & humilitatem. Maria enim existens mater regis regum, non dedig natura cum tanto periculo (sciebat enim se proximam partui) obedire regi terreno & genrili, deinde patientiam in ferendis itineris longi laboribus, & quam pia inter se misceant colloquia. 2. considera eos in Bethlehem id est, domum panis ex Galilæa, id est, volubilitate profectos, ut insciberentur in catalogum familiæ David: ut discas tibi desertis transitoriis & volubilibut huius mundi deliciis saepe adeundam mensam panis viui, qui descendit de cœlo, quo nomen tuum inscribatur catalogo Sanctorum in cœlo.

Factum est autem, cum essent ibi, impletæ 2.

I 3

sunt



117 MEDITATIONES IN

Sunt dies ut pareret, & non erat ei locus in  
uersorio. Considera quomodo B. Ioseph  
cum sub vesperam Bethlehem intrassent  
obea domos, ut locum quietis inuenias  
quanto angore percellatur, dum non in  
uenit, cum ab omnibus repellitur. Vide  
B. Virginem per cæcas tenebras errantem  
partim, partim præ defatigatione in sa  
aliquo sedentem & dolenter expectantem  
quis forte misereatur. 2. considera quomodo  
post plateas omnes angulosq; decursu  
cogantur in semirutum stabulum. vel sp  
luncam obscuram, in qua noctu à paup  
ribus locari solent bestiæ, diuertere. 3.  
pende, B. Virginem simulatq; stabulum  
trauit, mox aduertisse hunc esse paradisi  
secundo Adam præparatum, hoc regiū  
se palatiū Christo nascituro erectū, hic  
se thronum regiū, ex quo verus Salomon  
veram sapientiam in humilitate & inop  
fundatam docere debait.

Et peperit filium suum primogenitum, i  
pannis eū inuoluit, & reclinauit in praep*epi*.  
Considera, B. Virginem cū magnā parten  
noctis orationib. & sanctis suspiriis cōsum  
psisset, tandem stupore sapientiæ Dei & ga  
dio incredibili abreptā ex purissimis vte  
visceribus, sine ullo dolore, saluis virginis  
tacitū.

IN DOMIN. TOTIVS ANNI. 139

tatis claustris infatulum Iesum genuisse. 2. considera conspecto infantulo, quanta lux mox oborta sit in stabulo quam suavis angelorum concentus auditus, quanta laetitia secura B. Virg & Ioseph quemodo certatim in oscula puelluli itruerint; quā suauibus vicissim ocellulis puer eos aspicerit. Quam promptē B. Virgo materna officia mox exhibuerit panniculis pauperculis cū inuoluendo pectori astringēdo, purissimō lacte nutriendo. 3. Considera, non in puluino molli non in cunnis, sed in vili dure & frigido præsepi infantē collocatū: Hac q; omnia non alia de causa à Deo facta, quā ut confunderet sapientiā huius seculi, doceret q; non esse vera bona quæ mūdus admiratur sed paupertatis amorē perpessiōnē afflictionū & omniū rerū despiciētiam.

II. PARS MEDITAT.

De Pastoribus. ibid.

P Astoribus reuelatur Christi natuitas per angelum. ( Euangelio vobis gaudium magnum, quia natus est vobis hodie Saluator) &cæt. Considera, angelum Domini accepta licentia à puerulo Iesu, non ad teges vel sapientes, sed ad simplices & vigilantes super gregem, pastores mitti,